Augsburg, um 1480/1500

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8446
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

regi. Cui rex ait, Hoc dicat filius meus vivit, et filius tuus
mortuus est. Et illa respondit, non,
sed filius tuus mortuus est, meus
autem vivit. Dixit ergo rex. Afferte michi gladium. Cumque attu
lisset gladium coram regi ait. Di
videte infantem vivum in duas
partes, et date dimidiam partem
huic; et dimidiam partem alteri.
Dixit autem mulier, cuius filius e
rat vivus ad regem: commota est
quippe viscera eius super filio
suo. Obsecro mi domine, date illi in
fantem vivum, et nolite interficere
eum. Et contrario illa dicebat. Nec
michi nec tibi sit sed dividatur.
Respondit rex et ait. Date huic in
fantem vivum et non occidat. Hoc
est enim matris eius. Audiuntque
omnis israel iudicium quod iudicasset
rex et timuerunt regem: videntes
sapiam dei esse in eo ad faciendum
iudicium. Gra. Esto michi in deum
protectorem et in loco refugii ut salvum
me facias. V. Deus in te speravi domine
non confundar in eternum. S. Johan.
Nullo t. Prope erat pasca iu
deorum: et ascendit iesus hierusalem.
et invenit in templo vendentes
oves et boves et columbas et
nummularios sedentes. Et cum
fecisset quasi flagellum de funiculis
omnes eiecit de templo, oves quoque
et boves et nummulariorum effudit aes. et mensas subvertit,
et his qui columbas vendebant
dixit. Auferte ista hinc: et no
lite facere domum patris mei domum negotiationis. Recordati
sunt autem discipuli eius. quia
scriptum est. Zelus domus tue
comedit me. Responderunt ergo iu
dei et dixerunt ei. Quod signum
ostendis nobis quia hec facis.
Respondit eis et dixit eis. Solvite
templum hoc. et in tribus diebus
excitabo illud. Dixerunt ergo iu
dei. Quadraginta et sex an
nis edificatum est templum hoc.
et tu tribus diebus excitabis
illud. Ille autem dicebat de tem
plo corporis sui. Cum ergo resur
rexisset a mortuis. recordati sunt
discipuli eius quia hoc dicebat.
et crediderunt scripture et sermo
ni quem dixit ihs. Cum autem esset
in pascha in die festo:
multi crediderunt in nomine eius.
videntes signa eius que faciebat.
ipse autem ihs non credebat semet
ipsum eis. eo quod ipse nosset omnes.
et quia opus ei non erat. ut quis
testimonium perhiberet de homine. Ipse
enim sciebat quid esset in homine. offertorium
Jubilate deo omnis terra. secreta. Oblati
tibi domine sacrificium vivifiet
nos semper et munit. P. Con
Ab occultis meis munda me domine
et ab alienis parce servo tuo. Post.
Sumptis domine salutaribus
sacramentis ad redemptionis et
tue quesumus pietatis augmentum.
P. Per dominum. Oratio